



Concilio definitum. Omnia siquidem ecclesiastica sacramenta, quatenus indiget, ab eodem, & non ab alio Episcopo...

25. n. 39. Leon de summe 166. per tot. Ghibalinus. tom. 1. de negot. lib. 3. c. 4. §. 2. n. 37. Mox in dicit. c. 1. §. 2. hoc tit. lib. 6. Sed in presentem affectionem pro dubitandi ratione ita...

10 Adde dicitur dubitandi ratio.

Et hic dibus decisionibus communitatis talis deductur assertio: in integrum restitutum conceditur Ecclesie contra sententiam...

COMMENTARIUM.

Conclatio traditur, & probatur. C. in integrum restitutum. Probant eam text. in c. 1. §. 2. hoc tit. lib. 6. c. sententiam, 35. q. 9. c. veniens, 36. q. 9. Per argumentum...

pencium minorum gestum fuerit, l. ut Prator ff. de minor. & gestum dicitur non solum negotium, quod extra iudicium celebratur...

13 Traditur ratio de cidei.

14 Difficilius dubitandi ratio.

& etiam datur contra sententiam, a qua intra tempus ad appellandum...

Sed adhuc presentis assertioni opponi potest text. in l. finali, c. si adversus libertatis. ubi cum in causa libertatis contra minor...

16 Intelligitur l. cum 46. de minoribus.

Secundo opponitur textus in leg. cum 46. §. de minoribus, in illis verbis: Ex quo apparet, nec cum, cuius nomine...

17 Exponitur lex dicte de minoribus.

Tertio adversatur presentis assertioni text. in leg. cum 7. §. 2. vers. Promittitur, ff. de minor. ubi dicitur, adversus solutionem...

CAPUT VII.

Honorius III. Archiepiscopo a Bracharensi.

Oram fel. memorie I. Papa predecessore nostro lite inter ven. f. n. Archiepiscopum Tolet. & te, frater Archiepiscopo, super Primatia solemniter contestata, fuit peremptorius terminus assignatus...

18 De in integrum restit.



CAPUT VIII.

Gregorius IX.

Constitutio in nostra presentia Magister Guill. pro se, ac fratre b suo I. Canonico e Parrofinen. exhibita d nobis...

NOTAE.

Gregorius IX. Non constat qui rescripserit in presenti: quod frequenter contingit in ejus decisionibus; & cum ejus epistoliarum regesta non habeantur...

laicum in jus vocasse. Verum ipsum recte refellit Martinus l. l. ref. c. 44. Quibus solationibus omittis, vera petenda est ex proxime traditis...

In intra huncmodi et diem. Licet ex consuetudine Perusina tantum annus praescriptus esset ad retractum gentilitium, re- de ait Gregorius...

COMMENTARIUM.

EX praesenti Gregorii decisione sequens communiter deducitur assertio: Nemo laicus in retractu omisso restituitur ad- versus venditionem praedii majorum suorum...

Sed adversus hanc assertionem pro dubitanti ratione ita infuso: Praedium, quantumvis majorum, semel venditum iusto pretio, amplius a consanguineo jure reperi non valet...

Hac difficultate ita soluta minime obstante, vera est praesentis Gregorii IX. decisio, ad cuius expositionem sciendum est, erga paternas, avitaeque possessiones iustam quandam dari affectionem...

Fornerius, Rosinus l. i. antiq. c. 19. ubi Damstensis, Carolus Sigon. l. 7. de antiquo jure Rom. c. 20. Lippus l. 7. de r. et g. Gutther. de jure manuum l. 1. c. 22. Turturcus de nobilit. l. 1. c. 10. Hac igitur naturalis affectio edocet, non facile permittendum, ut homines inorum praedii, laribus, vel sepulchris priventur...

Quare hortatur Cicero Trebatium suum, ne paternas possessiones vendat: & notatur Brutus apud ipsum l. 2. de Oratore, & in oratione pro Cluentio, quod paterna bona mancipasset. Unde etiam patrimonii deceptorum lege Rolfcia inter quatuordecim ordines federe prohibebantur...

Deinde ex hac affectione provenit jus, quod Graeci jus promitios appellat; nos vero retractum gentilitium dicimus, quod omni jure, divino videlicet, civili, canonico, & regio statutum, variiusque gentium usus approbatum reperitur...

De jure retractus.



facilius concedatur restitutio, quam appellatio; nec in omnibus restitutio equiparatur appellations; ut probant Macer...

rius effectum impetrata; quo casu sapius peti, & concedi potest. Ratio differunt in eo consistit, quia per hanc secundam restitucionem res reuertitur ad suam naturam...

TITULUS XLII.

De alienatione iudicii mutandi causa facta.

CAPUT PRIMUM.

Alexander III. a Dalmensi Episcopo.

Quorundam relatione audivimus, quod cum aliqui literas a nobis commissionis impetrant, adversarii (ut mandatum nostrum eludant) antequam litteras ad iudicem perveniant, vel etiam postea, prius b quam citentur ab eis, in vocem e appellations prorumpunt...

NOTA.

Dalmensis. Ita etiam legitur in prima collectione, sub tit. de appell. cap. 14. sed mendose, nam Alexander in praesenti rebus Archiepiscopo, ut constat ex illis verbis...

tem nisi statim contineat irreparabile, non admittitur, et ut debitus, de appellacionibus. d Absentandus. Contra quos procedendum erat tamquam contra contumaces, per missionem in possessionem ex primo...

CAPUT II.

Gregorius IX. Abbati a S. Nicolai, & Decano b Furum, c Morin. Diocesis.

Ex parte d Scabinorum e Hipretis quidam propositum, quod inter laicos ejusdem loci quastionibus emergentibus dirimendis per iudicium seculari, quidem Clerici sibi f dono, vel g pretio ab aliquibus laicorum ipsorum cedunt...

NOTA.

S. Nicolai. Ordinis Praemonstratensis; est enim Monasterium hoc S. Nicolai Ordinis Praemonstratensis in diocesi Morinensi. b Furum. De hac Ecclesia aliqua adnotavi in c. dilectus, de filiis presby...

rola, l. 2. c. 38. l. 3. c. 7. l. 30. c. 33. 40. c. 49. Septem enim uniceque Comiti addebant, l. 3. capitul. c. 40. ibi: 31. Ut nullus ad placitum banniat, nisi qui causam suam querit, aut 39...

ut laici conveniantur coram Ecclesiastico iudice, cum alias coram seculari essent conveniendi; unde locum habet edictum de alienatione iudicii, l. 2. §. 1. ff. hoc tit.

Ex redemptione videlicet ipsius actionis. i Cellarius. Ex edicto de alienatione iudicii, quod etiam locum habet in actionibus personalibus, ut infra dicemus. k Ex empirione. Idei litium redemptione. l Potestatis. Invenire videtur Gregorius IX. clericum respectu laici esse potentem, & ea cessatione actionis in eum factam non valere...

COMMENTARIUM.

PRO huius tituli vera, & plena expositione sciendum est, inter alias restitutionum species, quas Tribonianus in l. 4. Pandect. & Raymundus in l. 1. Decretalium, compilaverunt & proposuerunt, recenseri eam, quae ad alienationem rerum iudicii mutandi causa factam spectat, de qua in praesenti acturi, prius de auctore, & verbis edicti aliqua praescribimus. Auctorem huius edicti esse Praetorem, constat ex l. 1. ex hoc 8. §. ut Praetor ff. hoc tit. & ex eo, quia Paulus, & Ulpianus, qui commentaria ediderunt in edictum Praetoris, praesens edictum exposuerunt, ut patet ex l. 2. a. §. 8. c. 9. ff. hoc tit. Ex quibus expresse deducitur, edictum esse Praetoris. Sed contrarium, imo Proconfulum Provinciae hoc edictum composuisse probatur ex l. 1. l. 3. §. finali ff. hoc tit. & ex lege ultima, §. videtur, constat alienationem rem, ne iudicium communi dividendo subeat, ex lege Licinia puniri: igitur non ex edicto Praetoris hac restitutione provenit. Ad hoc tamen attendendum est, hoc edictum Praetoris esse, idcirco referri in edicto perpetuo nuper edito a Gothofredo in quatuor fontibus, in fine. Nec contrarium fuerit l. 1. ff. hoc tit. nam cum Proconful in Provincia haberet eandem auctoritatem, quam Praetor Romae, l. siue ali-quida ff. de officio Proconful. proponebat in Provinciali edicta sua, sicut Praetor Romae; unde edictum quod appellatur Praetoris in l. 2. ff. quod cum eo, dicitur Proconful in l. 1. ff. cod. tit. & in edicto de eo quod meus causa; in l. 1. ff. eo titulo; mentio fit edicti Praetoris, & in lege quod auctore ff. hoc tit. tribuitur edictum illud Proconfuli; & cum Gajus notat scripsisset ad Edictum Provinciale Proconfulis, Ulpianus vero, & Paulus exponeret edictum urbicum Praetoris; inde provenit, ut Gajus hoc edictum Proconfulis appellaret in d. l. 1. Ulpianus vero, & Paulus, ut Praetoris edictum referant: docent Duarenus, & Vvelembecus ad hunc circum-stantiam ff. Ant. Aug. l. 1. emend. c. 5. Nec etiam obstat lex ultima, ff. hoc tit. ubi mentio fit legis Licinae, quia ea lex tantum lata fuit ad casum specialem, cum videlicet locum ad communem dividendum iudicium effugerit, rem communem alienavit; tunc enim quia in eo iudicio ipse actor est simul & reus quoad possessionem, & dominium, l. communi 24. §. 1. ff. communi divid. Cujacius l. 7. §. 99. Papin. in lege alienatione 13. ff. familiae ercisc. Mancinus gentilius c. 35. nec satis prospectum erit per hoc edictum, idcirco necessaria fuit lex Licinae, ut eam exponentes docent Praetorius & Ant. Aug. Cujacius in notis ad Ulpian. tit. 1. ubi hanc legem imperfectam appellat, quia alienationem factam a socio, etiam ex dolo, non irritabat. De ea agemus in c. Ecclesias, ult. dependente, n. penult.

Haez sufficient de edicti auctore: nunc eius verba, & causam referamus. Eganatius Varo l. 1. mandatu. ita huius edicti verba restituit: Ne qua alienatio iudicii mutandi causa fiat, si quae dolo malo cesso, quaeve alienatio iudicii mutandi causa facta fuerit, nec arbitrio iudicis pristina iudicis causa restituatur; et ad quem ea res pertinebit, in eum qui id fecisse dicitur, quanti res erit, intra annum, quo primum experiri poterit, si iudicium dabo. Et licet Vvelembecus hanc formulam impugnaverit ex eo, quia in ea non comprehendatur factus agendi, pristina actioe iam restituta; tamen ut notavit Bachovius in notis ad ipsum, in his edictis restitutorie concedendo Praetor actionem in factum, restituit etiam pristinam actionem. Causam, licet necessitatem huius edicti expedit Cuias in l. 1. ff. hoc tit. ff. hoc tit. in illis verbis: Omnibus modis Proconful id agit, ne ejus deterior causa fiat ex alieno facto; & cum 39 intelligeret iudiciorum exitum interdum duriorum, et cum 39 constitit, opposito nobis alio adversario, in eam quoque 39 rem prospexit. Quibus verbis docetur, hoc edictum proferendum esse illis, qui cum habent actionem in rem ad rem proferendam, alienatione facta a possessore rem ipsam ita facile persequi non valent; & cum iniquum fit, ex alieno facto causam propriam deteriorari reddi, l. 2. ff. quod vi aut clam, l. non debet 77. ff. de R. F. ideo hoc edictum a Praetore propositum fuit. Notat Vighellus l. 15. metodi juris

civilis, c. 12. Giphanius in l. 1. C. hoc tit. Duarenus ad hunc titulum; ubi etiam Mornacius. Accedit sententia Symmachi l. 10. c. 45. ibi: Difficile est, ut bona vestra sit, quae actio in jus alienum de separatione transferatur. Indequi post litum copiam militis nomen dat, ut poterat adversario reddatur, exactorari iubeatur in l. 4. §. non amittit, ff. de re militari.

Sed hoc edictum minus necessarium, iustique rationi contrarium videtur ex sequentibus rationibus. Primum nascitur ex illo juris principio, quo dicitur, actionem in rem competere non solum adversus possessorem, verum adversus eum, qui dolo deficit possidere, l. qui dolo, de iur. iur. l. qui enim, ff. de regul. iur. qui enim dolo deficit possidere, pro possessore damnatur, quia pro possessione dolus est, l. qui testatur, ff. de R. V. l. si rem, ff. de except. docent Cujacius l. 28. §. 99. Papin. in l. Stichum, §. dolo, ff. de solut. Oualdus l. 20. Donell. cap. 3. littera E, Rodet. Suarez in l. post rem, §. limit. l. num. 4. ff. de re iudic. Covarr. pract. q. 15. m. 7. Felicianus 2. de censib. l. 3. c. 6. n. 12. Parladorus q. 15. m. 7. quod, c. ult. §. 5. Valenzuela consil. 111. Noguerol alleg. 29. art. 3. Salgado de praes. parit. c. 43. n. 63. Carvel de iudic. l. 2. l. 1. tit. 3. disp. 11. Olea de cessio iurium, tit. 3. §. 11. igitur si possessor, qui rem alienavit, tenetur actione reali, superflua est actio in factum, quae contra ipsum conceditur. Secundo etiam superfluitatis arguitur hoc edictum ex titulis, De litigiosis, De licet potentiarius, ut non suscipiat in patrimonium; in quibus satis arguitur, & coercetur ejus auctoria, qui mutandi iudicii causa rem alienavit. Juris etiam ratio contrarium esse hoc edictum ex eo loquatur; nam uniuersique licet res propriae patrimonii quomodocumque alienare, & de illis disponere, l. 3. ff. si quis a parente, l. in re, §. 1. c. mandati, nec quid aliud magis rationi naturali congruum est, quam voluntatem domini in alium rem suam transferre volentis, ratam haberi; l. quae ratio, §. si quae quoque, ff. de acquiritio rerum domini, §. per traditionem, l. ius, de rec. auct. igitur licet dominus etiam iudicii mutandi causa rem propriam alienare.

Sed & juri consonum, ratione consentaneum, & valde necessarium esse hoc edictum, defendendum est. Nec contraarium suadet prima difficultas supra adducta; nam licet actio in rem detur contra eum, qui dolo deficit possidere, non ideo impeditur actio in factum, quatenus domini interest rem alienatam non fuisse, ut videlicet expensis damnatur, qui alienavit. Licet enim in expensis litis ipse condemnatus ad rei constitutionem teneretur, l. ult. C. de iudicis; tamen ad expensas ob alienationem factam in duriorum adversarium non tenebatur. Quare uberiorem esse actionem hoc edictum introductam, defendit Vitalis l. 1. variat. c. 17. nisi dicitur cum Julio Pacio centur. 3. q. 3. huius edicti temporibus non fuisse propositam actionem in rem in eum, qui dolo deficit possidere, Senatusconsulto de quo l. fin. autem, §. sed et hinc, ff. de R. V. Nec secunda difficultas adversatur; nam hoc edictum procedit, quando res alienatur iudicii futuri mutandi causa, non autem praeteriti, aut praesentis; quia cum rem iam facta sit litigiosa, ejus alienatio nulla est: de quibus rebus religiosis accipiendi sunt textus in l. per diversas, l. ab Anastasio, C. mandati, junctis Cujacio ad ipsum titulum, Fabro l. 2. consil. capitul. 12. l. item, C. de procurat. cum adductis ibi a Gothofredo l. 1. c. per totum ff. si ex uxoris causa, cum Fabro in ejus rationali. Etiam hoc edictum tantum spectat ad actiones reales, mistas, vel personales ex parte rei, non vero ad personales ex parte actoris, quia tunc locum habet titulus, Ne licet potentiarius, ut docuerunt Oualdus ad Donell. l. 15. comment. c. 26. littera A, Vitalis l. 1. variat. c. 17. Cujacius l. 10. observ. c. 3. Nec ultima difficultas adversatur, nam in praesenti edicto alienatio non rescinditur, fed tantum propter dolum, & fraudem alienantis datur contra ipsum actio in factum ad id, quod interest rem alienatam non esse: quare si dolo non detur, etiam metur iudicium, alienatio sustinebitur, & actio in factum cessabit, ut in casu legis l. §. 2. ff. de separati.

His suppositis circa auctorem, & verba edicti, nunc de eius partibus agendum est; & quia duas continet partes, ut patet nam videlicet de alienatione iudicii mutandi causa facta, & edicti aliam de cessioe, sigillatim eas percurramus. In primis ergo si alienata sit res iudicii mutandi causa, est non in potestati, sed in alterius Provinciae iocolum, locus est huic edicto, quia actor experiri debet contra ipsam, l. 3. ff. hoc tit. ex vulgari regula Actum forum rei sequi debet, l. iuris ordinum, C. de iurisdic. c. cum sit generale, de foro competet. Alienatum autem dicitur, quando translatum dominium est ex aliqua causa a iure approbata, l. 1. §. 1. c. §. item si res, ff. hoc tit. ut si res vendatur, d. l. 3. §. item si dividatur, l. si communi 24. ff. communi dividendo, si donec, l. 2. C. de offi. ius; si juretur, l. 1. ff. si mulier veniens nomine; & licet alienationis verbum translationem domini importet, l. alienatum, ff. de V. s. tamen in hoc edicto est possessio tantum transferatur, edicto locus est, l. 4. §. item si res, l. non solum 6. ff. hoc tit. ut si quis alienam rem vendat, ejus dominium ipse transferre non potest, tamen quia transfert possessionem, & cum ea utrisque conditionem, incidit in hoc edictum, l. ex hoc edicto, §. alienare, l. item, ff. hoc tit. temporibus enim medie Jurisprudencia venire solebat, ut emptor cum bona fide ufucaperet rem mobilem anno, immobilem biennio, durante anno utili, intra quem datur actio ex hoc edicto, aut data accessione temporum, ex persona auctoris, videlicet venditoris, §. inter venditorem, l. ius, de usupationibus; ut docet Pacius